Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566111-p0001-2

| Nr. | Praeſides |
|---|---|
| 1. | Waldſchmi |
| 2 | Martini |
| 3. | Reinhardt |
| 4. | Maier |
| 5. | Falckner |
| 6. | Wildvogel |
| 7. | Deſtler |
| 8. | Heſer |
| 9. | Heberer |
| 10. | Wuttich |
| 11. | Ruding |
| 12. | Boehme |
| 13. | a Sode |
| 14. | Born |
| 15. | Chariſi |
| 16. | Toellner |
| 17. | Brueck |
| 18. | Cludi |
| 19. | Plato |
| 20. | Eyben |
| 21. | Wildvo |
| 22. | Schelle |
| 23. | Ledere |
| 24. | Gottſch |
| 25. | Geisle |
| 26. | Boeh |
| 27. | Schleu |

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566111-p0002-7

| Nr. | Præſides. | |
|---|---|---|
| 1. | Waldſchmidt | De relationibus judicum partibus communicandis vel non communicandis. |
| 2 | Martini | – transmiſſione actorum. |
| 3. | Reinhardt | – transmiſſionis Actorum jure et abuſu. |
| 4. | Maier | – Sententiis judicum in cauſis civilibus. |
| 5. | Falckner | – Sententiis. |
| 6. | Wildvogel | – Sententia conditionali. |
| 7. | D. Deckher | – nullitate ſententiæ. |
| 8. | Glaſer | – nullitatibus ſententiarum. |
| 9. | Heberer | – decreto confirmatorio. |
| 10. | Wuttich | – primo et ſecundo decreto. |
| 11. | Rudinger | – appellationibus. |
| 12. | Beckmann | – appellationibus interponendis. |
| 13. | a Sode | – ſalutari appellationum remedio. |
| 14. | Born | – remedio appellationis. |
| 15. | Chariſius | – appellationibus. |
| 16. | Toellmann | – appellationibus. |
| 17. | Bruckner | – remediis contra ſentent. in poſſeſſ. ſummariis. |
| 18. | Cludius | – re judicata. |
| 19. | Plato | – appellatione prohibita. |
| 20. | Eyben | ad cap. 58 X. de appellat. |
| 21. | Wildvogel | – appellatione per ſaltum. |
| 22. | Schubert | – adhæſione appellationis. |
| 23. | Lederer | – apoſtolis. |
| 24. | Götſcke | – jure apoſtolorum. |
| 25. | Geiſler | – fatalibus appellationum. |
| 26. | Beck | – fatali interponendæ appellationis. |
| 27. | Schleuſing | – multa frivole appellantib. imponenda. |

| Nr. | Præſides | |
|---|---|---|
| 28. | Ziegler | De deſertione appellationis. |
| 29. | Furwerger | – cauſis in foro Saxonico non appellabilib. |
| 30. | Frieſe | – appellationib. Saxonicis. |
| 31. | Wildvogel | – judiciis Sileſiæ inappellabilibus. |
| 32. | Beck | – remediis contra ſententias ob ſummam litis non appellabiles competentibus. |
| 33. | Lambs | – attentatis. |
| 34. | Schroeter | – executione. |
| 35. | Heuniſch | – executione ſententiæ contra tertium. |
| 36. | Muncker | – executione ſentent. pendente appellat. |
| 37. | Falckner | – impenſis. |
| 38. | Reinhardt | – reo alimenta et ſumtus litis ſuppeditanti |
| 39. | Slevoigt | – victore litis. |
| 40. | Hartung | – avocatione cauſarum. |
| 41. | Plesmann | – transactionibus inutilibus. |
| 42. | Mehlbaum | – transactionibus. |
| 43. | Pentzel | – jure reſcindendi transactionem. |
| 44 | Jockhauſen | – transactionibus. |
| 45. | Schwenner | – prohibitis transactionibus. |
| 46 | Rhode | – reſcindenda transactione. |
| 47 | Heinz | – transactionibus |
| 48. | Hellfeldt | – eo qu. ob ſpecies noviter repertas circ. transact. juris. |
| 49. | Schröter | – remedio reſtitut. in integrum. |
| 50 | Berger | – reſtitut. in integr. ob reverentiam denegata. |
| 51. | Kiver | – reſtitut. in integrum. |
| 52 | Rittershuſius | – reſtitut. in integrum, ex dolo malo. |
| 53. | Bach | – remedio jur. extraord. minoribus 25. ann. comp. |
| 54. | Fleiſcher | – minorum reſtit. in int. majoribus proficua. |
| 55. | Mylaus | – reſtitut. in int. ex capite ignorantiæ. |
| 56. | Schacher | – beneficio reſtitut. in int. quod vi aut clam cc

10

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
# DECRETO CONFIRMATORIO,

*Quam*

PRÆSIDE

DEO TRINO ET UNO,

*JUSSU ET AUTHORITATE*

*Magnifici, Nobiliſſimi & Ampliſſimi Jure-Conſultorum Ordinis in Legum Nutrice Altorphina,*

Summos Utriusq; Juris honores ac privilegia Doctoralia promeriturus

*Æquo Eruditorum examini ſolenniter ſubmittit*

MARCUS ANTONIUS HEBERER,
SUINPH. FRANCUS,

*ad diem Jun.*

*ANNO CHRISTI*
cIↄ Iↄ CLIV.

*ALTORPHI*

PRELÔ HAGENIANÔ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566111-p0005-4

D. O. M. A.

## PROOEMIUM.

MAgiſtratibus Chriſtianis hanc legem dictam, jurgia amovento, cauſamq; legis finalem eſſe, ne lites ſint immortales, avidè exceperam apud *D. Steph. Nathen, condictum Spormach, in Juſtit. vulnerata, Chriſt, Jurid & Polit, curata lib 2. tit. 2. c. 2.* Eoq; ductore *ad Vent. de Valent. Parthen, litigioſ.* delapſus, plura remedia, quibus lites, harundemq; diſpendia amoveri & præverti queant, ſapienter prodita eſſe deprehendi. Ea inter haud poſtremum ſibi arrogant, locum varia Decretorum Judicialium genera: De quibus in genere Diſſertationem Inauguralem concinnare & uniuscujusq; ſpeciei naturam pro ingenii modulo enodare animô inſederat; Verum telam cœptam major vis abrupit & vix alteram ſpeciem tantùm rudi penicillô adumbrare largita eſt. Exhibita ergò in præſentiarum ſufficiant: ſitq; divinô imploratô ſuffragiô.

### *THESIS I.*

DEcreti vocabulum (a) variis ſubjacet ſignificatibus, (b) tàm Jure Canonicô, (c) quàm Civili. (d) Hôc locô denotat

tat juſſum vel effatum judicis, causâ cognitâ, citra rei deciſionem. (e)

a. (a) Deſcendit à verbo decernere, quod eſt poſt multas
dubitationes & diſtinctiones decertare, vel dijudicare & ſtatuere. Diciturque decretum quaſi cum deliberatione cretum. *Sigiſm. Scaccia de ſent. & re jud. Gl. 14. quæſt. 2. n. 47.* (b) à qua am-
b. biguitate primô omnium liberandum erit; cùm terminus æquivocus commodam reſpuat deſcriptionem. Ejusdem verò po-
c. tiores ſaltem acceptiones enumerare libet. (c) hôc ſumitur I. generaliter pro ſtatutis & legibus Pontificiis. Unde dicuntur Libri Decretorum & Decretalium. *Rob. Marant. Spec. Aur. part. 3. n. 33. 34.* 2. Pro ea conſtitutione, quam Pontifex conciliô Patrum Cardinalium adhibitô promulgat. *Octav. Simonc. Tr. de De-*
d. *cretis. præfat. n. 3.* (d) quô ſignificat 1. ſententiam, quâ Princeps inter duas partes controverſas causâ cognitâ pronuntiat. *§. 6. J. de J. N. G. & Civ. l. 13. ff. quod metus cauſa.* Hujus modi Decretorum Principalium libros ſex Paulus JCtus congeſſit, illorumque crebra in Pandectis hinc indè fit mentio, *l. fin. ff. ad SC. Trebell. ibiq; Gothofr.* 2. ſententiam definitivam *l. 48. ff. de re jud.* 3. Interdictum *§. 1. in fin. J. de interd.* 4. Idem eſt, quod judicatum *l. 3. C. de ſent. ex brevic. recit.* 5. accipitur pro ordinatione ſuperiorum vel ſtatuto. *t. t. ff. de decret. ab ord. fac. &*
e. *C. de decret. Decur.* (e.) verba finalia produnt differitatem inter ſententiam propriè ſic dictam, quæ eſt pronunciatio judicis de re controverſa, & decretum, quod proviſio judicis conſiderata citra condemnationem & abſolutionem dicitur. *Scacc. d. l. n. 51.* & in generaliori hac ſignificatione ſumtum ob diverſam ſubjectarum ſpecierum naturam perfectè definiri vix poterit. *ad d. Simonç. d. præf. n. 1, 2.*

*II.*

Et multifariam à Dd. diſpeſcitur. Nos ſemotis reliquis ſpeciebus (a) Decretum

Con-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566111-p0008-1

Confirmatorium (b) deſcribimus, quod ſit ſententia, (c) quâ judex (d) rogatus (e) actum (f) juſtum (g) eſſe pronunciat & autoritatis interpoſitione firmat. (h)

(a) has intueri geſtientem ad pelluſtrandos Autores paſ- a.
ſim à nobis adductos ablegamus. (b) à confirmando vel firmi- b.
tatem præſtando deductum, nonnunquam autoritas, *Dom. Car-
din. Tuſch. jur. Pract. concluſ. 122. lit. D.* interdum ſententia dici-
tur, *Scacc. d. l. n. 50.* Vernaculâ linguâ appellatur, Gerichtliche be-
willigung auff vorhergehendte erkandnus / *Chriſtoph. Beſold. conſ. 98.
n. 29.* Item Gerichtlich decret / *Andr. Gail. 2. Obſ. Pract. 107. num. 6.*
Differt tamen à permiſſorio, *Alex. Raudenſ. conſ. 17. part. 6. n. 49.*
vel permiſſivo, *Ludov. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. c. 1.* cui
contradiſtinguunt præceptivum, *Franc. de Caldas ad l. ſi Curato-
rem. verb. implorare. n. 2. C. de integr. reſtit.* quod germanô Idio-
mate indigitatur Beſcheid/Rechtsſatz. (c) id eſt, pronunciatio vel c.
effatum. Eſt aliàs vocabulum πολύσημον & modò latiſſimè ſumi-
tur §. *8. J. de J. N. G. & Civ. Matth.* W*eſemb. Paratitl. de re judic.
n. 3.* modò propriè & ſtrictè, *ut in theſ. præced. lit. fin.* modò ſtri-
ctiſſimè, pro definitiva tantùm, quo in ſignificatu W*eſemb. d. l. n.
mox inſequenti. 4.* decretum ſententiam eſſe negat. (d) hæc vox d.
itidem ambiguitate laborat & in preſſiore ſignificatu ac propriè
judicem à Magiſtratu datum, qui pedaneus vocitabatur, quo de
videri poteſt *Magnificus & Nobiliſſimus Dn. Georg.* Franz*k. JCtus,
Com. Pal. Cæſar. Cancellarius in Aula Saxo-Gothana eminentiſſimus
Fautor ac Patronus noſter ſubmiſſè devenerandus Jurid. Exercit. 13.
quæſt. 1. n. 12. ſeqq., denotat. Ilic. Umm. ad Proceſſ. Judic. Diſp. 1.
theſ. 6.* nonnunquam Magiſtratus ipſos ambitu ſuô complectitur,
*tt. tt. C. de offic. diverſ. jud. ut omn. judic. tàm civ. quàm crimen. &c.*
qui demum ipſimet judicare juſſi ſunt, *l. 2.* C. *de pedan. judic.* quô
ſenſu hîc acceptetur, theſis explanat ſubſequens 3. (e) Liquet e.
enim, Magiſtratum non facilè munus ſuum impertiri ſolere, niſi
imploretur, in iis maximè, quæ voluntariæ ſunt Jurisdictionis &

privatam intendunt utilitatem, vel in facto conſiſtunt, *l. 4. §. 8. i-*
f. *biq́; Dd. de damn. infect.* (f) verbum hoc non minus generale eſt,
quàm geſtum, *l. 58. de V. S.* & contractum, *l. 20. de judic.* & quodli-
bet factum animô vel corpore, omittendo vel committendo, cō-
ſentiendo vel diſſentiendo peragatur, ſignificat. *Joh. Gœdd. ad l. 19.*
g. *de V. S.* (g) i. e. jure licitum & legitimum, vel ſecundum leges
& regulas juris, adhibitis, ubi opus eſt, ſolennitatibus, factum.
h. (h) *Add. Simonc. d. præf. n. 7. & Scacc. præcit. l. n. 50. & 51.* quorū
deſcriptiones ab hac noſtra parùm diſcrepant.

## III.

## Decretum hoc interponendi poteſtas competit hodie (a) Magiſtratui cujusq́; loci ordinario (b) etiam inferiori. (c)

(a) Magiſtratuum quondam non eadem fuit ratio, ſed aliqui
a. erant majores, qui majoribus auſpiciis creati, pleniorē poteſtatē
eximiáq; dignitatē habuere, quales fuerūt Prætores, quorū Jurisdi-
ctio præ cæteris erat conſpicua, Procoſules & ſimiles *l. 2. de in Jus.*
*voc. l. 26. §. 2. ex quib. cauſ. major. l. 32. de injur.* vel minores, qui
eâ deſtituti & quibus minor & velut particula quædam prædictæ
poteſtatis ſaltem conceſſa eſt, hujus ſubſellii fuerunt Duumviri,
Magiſtratus Municipales. *prælaud. Dn. Franzk. Comment. in Pand.*
*de Jurisd. n. 25.* Singulis jus decernendi paſſim ſed diſtinctè attri-
Q. buitur. **Verùm jus illud an potuerint delegare?** fluctu-
ant Dd. & hîc in diverſas à ſe invicem abeunt ſententias. Quidam
affirmant, inducti *l. 2. C. de offic. ejus, qui vic. alter. Præſ. vel judic.*
*obtin. l. f. C. ubi & ap. quem cognit. in integr. reſtit. agend. ſit.* Plures
negant ob diſertos textus *l. 2. §. 1. de offic. ejus, cui mand. eſt Juriſd.*
*&c. Simonc. d. tr. lib. 1. tit. 1. Inſpect. 2.* Neutra ſententia ſimplici-
ter arridet. Notum eſt, Populum & Principem in conſtituendis
Magiſtratibus cauſas quasdam ob earum gravitatem vel favorem
non temerè & vi ſolius officii delati, ſed demum profundiùs ſpe-
ctatâ & electâ fide induſtriaq́; judicaturi, nominatim & ſpeciali

Legis

Legis, SCti & Principis conſtitutione committere, prudenter æquum putâſſe: reliquas verò ſtatim ſine nova conceſſione detuliſſe, *Magnif. Dn. Franzk. d. l.* De his regula traditur *in l. 1. d. t. de offic. ejus, cui mand. eſt Juriſd.* quæcunq; propriô Magiſtratus Jure veniunt, mandari poſſunt. Ex qua profluit & altera, quòd quæ non jure Magiſtratus, ſed ſpecialiter tribuuntur, mandatâ Juriſdictione non tranſeant, *d. l. 1.* Inde fit, quòd autoritas interponendi decretum modò mandari prohibeatur, *l. 2. §. 1. d. tit.* modò iis, quæ mandantur, accenſeatur, *l. 4. §. 1. eod. l. 3. de Juriſd.* quæ tamen varias experitur lectiones. Quærunt inſuper **an decreti interpoſitio miſti ſit Imperii?** Idque audacter Q.
adſertant *Dd. Simonc. lib. 3. t. 7. n. 40.* quod tamen ita non ſatis tutò enunciari videtur. Si enim Imperium myſtum, *cum Bachov. à Nobiliſſimo & Excellentiſſimo JCto, Dn. Wilhelm. Ludvvell. Anteceſſore in Inclyta Univerſitate, quæ Altorphi eſt, Primario, Patrono ac Præceptore meo æternùm ſuſcipiendo in N. MSS. ad Weſembec. de Juriſd. n. 7. allegato,* pro non obtemperantium coërcitione capias, illud non in quovis decreto, præſertim actibus voluntariæ Juriſdictionis adhibito, eminere deprehendes. Involvit enim contradictionem, voluntarium eſſe & imperari. (b) Si Magiſtratus b.
horundemq; poteſtatem ad modernum noſtrum ſtatum expendamus, non ad Legum Romanarum regulas, ſed receptam omnibus ferè locis, præſertim in Germania conſuetudinem, quæ Juriſdictionum omnium ſcaturigo dicitur, res venit exigenda. Eâque in duas ſpecies, ſuperiorem ſcilicet, criminalem, ſive altam, quæ criminum animadverſionem concernit; & inferiorem, civilem ſive baſſam, quæ in cauſis civilibus & pecuniariis, item leviorum delictorum coërcitione occupatur, omnis dividitur Juriſdictio. *Theod. Reinking. de regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 2. claſſ. 2. cap. 17. nu. 40. ſeqq.* ad cujus ſpeciem ultimam jus decernendi referri debere, adeoq; arbitrariô Magiſtratus Jure hodie competere, ſole meridianô clarius eſt. *Simonc. lib. 1. tit. 1. n. 76. inf.* quod tamen cum mica ſalis, pro cauſarum qualitate & modo delatæ Juriſdictionis dici putandum eſt. Nam cauſæ quò periculoſiores, eò pluribus obnoxiæ ſunt cautelis & ſolennitatibus *c. ubi. 3. de elect. in 6to.* earumq; arbitrium & diſceptatio apud Magiſtratus quosvis haud de-

ponitur

ponitur. Sic arrogatio non niſi Principis, in quem Lex Regia ſummam rerum tranſtulit, indultu facta ſubſiſtit, *§. 1. J. de adopt. l. 6. C. eod.*
c. (c) puta municipali, utpote qui baſſam habet Jurisdictionem, *Balthaſ. Zahn. Ichnogr. munic. c. 7.* quâ Judices vicani & rurales non muniuntur, *Matth. Colerus de proceſſ. execut. part. 2. c. 1. n. 112.* ideoq; nec Jure gaudent interponendi decretum. *Simonc. lib. 3. t. 7. n. 40.*

## *IV.*

Requiritur (a) autem Decretum confirmatorium cumprimis in alienatione (b) rerum (c) minorum, (d) mente captorum, (e) prodigorum, (f) & ſimilium. (g) Ut & Eccleſiaſticarum (h) Civitatis vel Univerſitatis (i) & Decurionum. (k)

a. (a) Cuivis quidem contractui decretum & firmamentum Judiciale proſpicienter adjici poteſt, ſuaſu *Br. in l. 2. n. 3. C. de præd. decur. aliorumq; Dd.* & adhibitum inſignes operatur effectus, quin tamen ab iis, quibus lex liberum rerum ſuarum moderamen & arbitrium committit, neglectô quoq; decretô ritè valideq; contractus celebrentur, dubitandum non eſt, *l. 21. C. mandat. l. 9. C. de Judæis l. 2. ff. ſi à parent. quis manum. l. 14. C. de contrah. emt. l. 16. C. de jure delib.* fruſtrà diſſentiente & decretum in omni contractu alienationis immobilium exigente *Bertach in Repert. verb. Decretum Judicis. verſ. 85.* niſi forte ab initio mens hæc fuerit contrahentium, *arg. l. 17. C. de fid. inſtr. c. ſicut. grave. 1. extr. de tranſact. Simonc. d. præfat. n. 125.* vel ſtatutum de interventu decreti diſponat, quod quibusdam in locis receptum eſſe notatur, *Dn. Bened. Carpzov. Jurisprud. for. part. 2. conſt. 23. def. 1. n. 3.*
b. (b) vocabulum hoc propriè ſumtum dominii translationem denotat, *l. 1. C. de fund. dot.* Aliàs idem generaliſſimum eſſe & varios diminuendi

dete-

deteriorandi & obligandi ſub ſe complecti modos, proletariè liquet, *l. fin C. de reb. alien. non alien. l. 28. ff. de V. S. ibiq; Gœdd. l. 5. ff. de fund. dot. c. nulli 5. extr. de reb. Eccleſ. alien. vel non* & hæc acceptio hujus loci eſt: Ita ut rem alienare prohibitus eandem nequeat pignoris nexu afficere *d. l. 11. C. & c. nulli 5. extr. d. t. l. 5. §. 10. de reb. eorum, qui ſub tut. l. 14. & Auth. hoc jus C. de SS. Eccleſ. Simonc. d. tr. lib. 2. tit. 5. n. 24.* cum hâc pignoratione jus in re alteri conſtituatur, *§. 7. J. de Act. l. 17. §. 2. de pact. Gœdd. d. l. n. 8.* & eadem plerunq; emergat vis, quæ in alienatione eſt, *l 4. de pign. act. Nobiliſſ. Dn. Franzk. d. Comment. ad SC. Vellej. n. 19.* adeoq; parùm interſit, alienes, an facias id, quô mediante tandem ad alienationẽ deduceris, *l. 7. §. 1. de reb. eor. qui ſub tut. Dn. Carpzov. d. def. 1. n. 4. Andr. Tiraquell. de retract. lignagier. §. 1. Gl. 14. n. 14.* In pignore legali, ubi jus in re pro ſecuritate debiti ab ipſa lege conſtituitur, decretum eſt ſupervacuum. Lex enim haud minore pollet efficaciâ, quàm judex, qui Legis miniſter eſt. *Andr. Gail. 2. Obſervat. Pract. 83. n. 10.* **Q. an ſolutio intuitu creditoris debitum** Q. **recipientis, cujus factum civiliter ſumta includit, alienatio ſit?** Affirm. Utcunq; enim eâ dominium acquiratur, *§. 2. J. quib. alien. licet. vel non. l. 27. de ſolut.* [ Hinc invito ſolvi non poſſe, fortean theoricæ veritati conſentaneum eſt. *Nobiliſſ. & Excellent. Dn. Wolffg. Adam Lauterbach. JCtus, & apud Tubingenſ. Anteceſſor celeberrimus, Fautor ac Præceptor noſter, jugiter cultus-colendiſſimus in Colleg. Pand. t. de ſolution.* quamvis contrarium communiter ſit receptum, *teſte Dn. Carpzov. IP. for. part. 2. conſt. 28. defin. 11. ſq.* ] viciſſim tamen aliquid amittitur, puta obligatio, *l. 15. l. 22. de ſolut.* Creditor igitur pupillaris ad capeſſendam pleniſſimam ſecuritatem tutoris autoritatem & ſententiam judicialem adhibeat ſoluturus, *d. §. 2. J. d. t. l. 19. §. 1. de R. C. l. 25. C. de admin. tutor.* hanc ſi omiſerit, jure quidem ipsô liberatur, ſed pupillus reſtituitur in integrum, *l. 1. C. ſi adverſ. ſolut. Jure Conſultiſſimus Dn. Ludvvell. Comment. in Inſt. ad d. §. 2.* (c) non tantùm immobili- c. um, de quibus loquitur SC. Clementianum *l. 1. de reb. eor. qui ſub tut.* Sed & moventium ſeſe, aliarumq; mobilium, ad quas dictam Orationem produxit Conſtantinus in *l. 22. C. de admin. tut.* modò ſervando ſervari poſſint. Nam quæ pereunt tempore, vel uſu conſumun-

ſumuntur, ſine decreti interpoſitione licitè veneunt, *d. l. 22. in f.*
Q. *Add. Simonc. lib. 3. tit. 8. n. 51. ſeqq.* Q. an his molendina aliaq; bona juxta flumen ſita & inundationis periculo objecta rectè annumerentur? Affirm. hoc *Tiraquell. d. t. 2. §. 1. Gl. 7. n. 92. aliiq; relati à Pinello ad l. 1. C. de bon. matern. p. 3. n. 28. per l. 11. §. 5. ff. de minor.* Sed negativam ibidem meritò propugnat *Pinell.* In harum enim rerum diſtractione non tantùm juſta cauſa, qualis hôc locô eſt familiaritas periculi *d. l. 11. §. 5.* ſed & decretum judicis juſtitiam cauſæ trutinantis requiritur, *l. 11. C. de præd. & al. reb. minor. l. 5. §. 1. l. 7. §. fin. de jure delib. Nobiliſſ. Dn.*
d. *Ludvvell. in N. MSS. ad Weſemb. de reb. eor. qui ſub tut. Simonc. lib. 3. t. 8. n. 81. Herinus. de molend. quæſt. 50.* (d) *l. 11. de reb. eor. qui ſub tut. l. 2. C. de Curat. fur. t. t. C. de præd. & al. reb. minor.* & ſi quis ignorans rem minoris &c. parile de rebus pupillorum ferendum eſſe judicium, fortior urget ratio, *t. t. de reb. eor. qui ſub tut.* Quæ autem & quot requiſita ad rerum pupillarium alienationis validitatem præter judiciale ſuffragium legibus ſint prodita, docet *Dn. Carpzov. IP. for. part. 2. conſt. 11. def. 28. ſeqq. add. Rol. à Valle vol. 3. conſ. 7. n. 19. ſeq. Simonc. lib. 1. tit. 1. n. 16. ubi n. 10.* notanter aſſerit, nullum hodie contractum, qui decretô judicis ſit firmandus, de
e. jure ſubſiſtere, ob difficilimam legum obſervantiam. (e) *l. 7. §. 1. & 2. de curat. fur.* quorum appellatione omnes quocunq; modô judiciô & diſcretione carentes, lunaticos, fatuos & ſimiles complector, *l. 15. §. 1. de curat. fur. l. 6. de privil. credit. l. 2. de poſtul.* etiam furioſos *arg. §. 1. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. l. 25. C. de nuptiis. l. 2. C. de Curat. fur.* quamvis aliàs à mente captis in eo differant, quòd illi cum tumultu & clamore deſipiant: hi verò citra rabiem tranquillâ quâdam mentis alienatione laborent, *arg. l. 2. ff. de inoffic. teſtam. l. 28. C. de Epiſc. aud. d. l. 25. C. de nuptiis Dn. Ludw. Comment. in 7. §. ſed &. 4. de Curat. Simonc. præfat.*
f. *n. 74.* (f.) *l. 11. ff. de reb. eor. qui ſub tut. & paſſim titt. ff. & C. de Curat. fur.* Prodigus enim etſi reverà ratione non deſtituatur, diſſipando tamen & dilacerando ſua bona furioſum facit exitum, *l. 12. ff. in f. de tutor. & curat. dat. l. 1. de Curat. fur.* hinc in curatione agnatorum eſſe & rerum ſuarum adminiſtratione carere jubetur, *d. l. 1.*
Q. ſed hîc dubium ſuboritur, an prodigo ſtatim ipsô jure, ubi

vi-

**videlicet habitum prodigalitatis acquiſivit & exercere cepit, an demum Magiſtratûs ſententiâ bonis interdicatur?** circa hanc quæſtionem Clariſſimorum Juris Interpretum diſcordantes videas opiniones. Sanè legi interdictio hæc adſcribitur, *d. l. 1. & l. 13. de Curat. furioſ. l. 18. qui teſtam. fac. poſſ. l. 5. §. 1. de acquir. hered.* eam verò Magiſtratus decretô ſuô prodigum declarando denunciat & ad caſus ſingulares accommodat, *l. 10. l. 15. l. 16. §. 1. d. t. de Curat. fur. l. 27. de minor. l. 6. de V. O.* quam poſtmodùm ultrò ſequitur datio Curatoris & neceſſariò adminiſtrationis ablatio, *arg. l. 8. C. de nupt. junct. l. 7. ff. de curat. fur. Dn. Frantzk. ſuprà laud. Exercit. Jurid. 3. quæſt. 6.* Ante factam hanc declarationem & inſecutam interdictionem, ut teſtari *§. 2. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* ita & contrahere, contrahendoq; res ſuas liberè alienare prodigum poſſe, verius eſt. *Dn. Ludw. ad Inſt. Diſp. 3. theſ. 9. lit. d.* (g) quales ſunt in genere omnes, quorum bonis curatores & adminiſtratores præfici amant, *l. 11. de reb. eor. qui ſub tut. l. 15. §. 1. ff. & l. 2. C. de curat. fur.* eò quòd ipſi ob mentis vel cor- g.
poris vitium aliquod, aliamvè ob cauſam rebus ſuis ſupereſſe non poſſint *§. 4. J. de Curat.* horum plures dinumerat *Gothofr. in not. ad rubr. titt. ff. & C. de Curat. fur. & Simonc. præfat. n. 74.* Eôdem jure exæſtuantem amore cenſendum eſſe tradit idem *Simonc. alleg. l. n. 75.* cùm furor nuncupetur affectio amantium. Sed quô pactô aſſertum hoc defenſet, ipſe videat. *Sub finem d. n.* candidè profitetur, neminem in eandem opinionem ſecum condeſcendentem ſe reperiſſe, ideoq; & nos negantium ſequimur caſtra & ſine lege, firmaq; legis ratione loqui erubeſcimus, *Nov. 18. c. 5.* Nec quicquam roboris & præſidii ſubminiſtrat ſubjecta ratio, quia reponitur, amoris vehementiam furori poſſe aſſimilari, *Tiraquell. de pœn. temper. cauſa 4.* ſed non per omnia & in omnibus. Minùs obſtat, quod de ebrio ſuperaddit *ibid. Simonc.* cùm æquè vel magis dubium ſit, & indigum probationis. (h.) quæ cultui divino meliùs conſervando & rectiùs vacando, adeoq; uſibus divinis mediatè manci- h.
pantur, & indigitantur patrimonium Eccleſiæ, *Herm. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 2.* hæ æquè ac res verè divinæ, de quibus videatur *Ampl. Dn. Ludw. ad Inſt. Diſp. 4. theſ. 2. lit. f. ſqq. ibiq; alleg. Schneidew. ad §. 4. I. de R. D. n. 9.* nullius ſunt, hominumq; commercio cenſurâ

 exi-

eximuntur, & eidem rurſus ſubigi, vel hypothecæ ſaltem titulô cuiquam addici prohibentur, *c. 1. 2. & paſſim extra. de reb. Eccleſ. alien. vel non. M. Ant. Cucch. Inſt. Juris Can. lib. 2. tit. 15.* niſi aliud ſuadeat utilitas, jubeat pietas, imperetvè neceſſitas, *Dn. Ben. Carpzov. Jurispr. Conſ. lib. 2. tit. 19. def. 301.* quibus caſibus cauſæ cognitionem, aſſentientis Cleri ſubſcriptionem & Epiſcopi decretum Canones efflagitant, *c. tua nuper. 10. extra. de his, quæ fiunt à Præl. c. f. extra. de reb. Eccleſ. alien. vel non. c. 1. eod. t. in 6to. can. ſine exceptione. 52. cauſ. 12. q. 2. Dn. Carpz. d. l. de fin. 300.* Attamen cum Univerſitate temporali & in quandam conſequentiam rerum alienabilium, poſt habitis quoq; his ſolennibus res divinæ poſſunt transferri, *l. 24. ff.*

i. *de contrah. emt. ibiq́; Gothofr.* (i) Eæ res, quæ patrimonium civitatis & populi pecunia dicuntur, nec uſui publico deſtinantur, ſunt in commercio, *l. 6. d. t. l. 17. de V. S. ibiq́; Magir. & Gæ dd. n. 15.* & decretô aliisq́; requiſitis intervenientibus ritè venundantur, *l. f. C. de vend. reb. civit. lib. 11. t. 31. l. 1. C. de ſerv. Reipbl. manumitt. Dn. Carpz. JP. for. part. 1. conſt. 13. def. 7. n. 4.* (k.) *Nov. 38. pr.* ubi in-

k. cuſatur, abrogaturq; mirabilis conſtitutio *l. fin. C. de præd. decur. ſine decr. non alien.* quæ ſolam venditionem decreti adjectioni ſubjiciebat, cujus l. variæ variorum rationes proſtant apud *Simonc. d. præfat. n. 99. ſqq.*

## *V.*

**Tùm etiam neceſſarium eſt in arrogatione, (a) prolium unione, (b) tutelarum delatione, (c) debiti remiſſione. (d) Ut & in cauſis alimentorum, (e) dotium, (f) donationum, (g) hereditatū, (h) & aliis pluribus. (i)**

a. (a) Quam Principis autoritatem, ſedulamq; cauſæ cognitionem expoſcere, *ſupra. theſ. 3. lit. b.* notavimus, *add. §. 3. J. l. 17. ff. & l. 2. C. de adopt.* cùm in ea de capite & homine libero, ſuiq; juris cum tota familia alienæ poteſtati ſubjiciendo, quô ipsô maximè affici-

afficitur Reſpbl., agatur. Quæ tamen cauſæ cognitio arrogationi propria dici nequit, quia & in adoptionibus in ſpecie ita dictis quædam, ſed non æquè exacta deſideratur, *l. 15. §. 2. & 3. l 17.* §.2. *ff. d. t. Magnif. Dn. Frantzk. comment. in Pand. de Adopt. n. 13.* hinc decreto judiciali in iisdem locum adſignat *Weſemb. Paratl. d. t. n 5.* (b.) hanc causâ plenè, non perfunctoriè atq; obiter percognitâ,
judicis expreſsâ per decretum approbatione confirmari debere, b.
latè demonſtrat *Jac. Rickius ab* Arweil. *tr. de union. prol. c. 6. n. 43.* cùm juxtà *Gail. 2. Obſ. 125. n. 8.* adoptionis ſpecies habeatur liberorum pariatio; in earumq; collatione ſat longè commoratur *Rick. d. tr. cap. 9.* (c) patriæ poteſtatis effectus eſt, ut teſtamentô vel
confirmatis teſtamentô codicillis liberis impuberibus tutor dari c.
queat, §. *3. I. de tutel. l. 1 pr. & §. 1. de* Confirm. *tut l. 40. in f. de admin. tut.* quorum alterum ſi deficiat, adminiculô Magiſtratus datio indiget, qui judicium defuncti ſecutus tutelam decretô confirmat, vel purè & ſimpliciter, citra ullam inquiſitionem & ſatisdationem, ob teſtimonium paternum ad pleniſſimam omnium rerum fidem affatim ſufficiens, *§. fin. J. de tutel. l. 1. §. 2. de confirm. tut.* vel inquiſitione adhibitâ, *l. 4. de teſtam. tut. l. 2. l. 7. §. 1. de confirm. tut.* quandoq; etiam ſatisdatione, *l. 5. d. t. Nobiliſſ. Dn. Ludw. ad Inſt. Diſp. 3. theſ. 2. lit. C.* Idem decretum locum ſibi vendicat in tutore Illuſtrium perſonarum, à cœtu Senatorio electo, aliô teſtamentariô & legitimô non ſuppetente, *l. 1. C. de tutor. vel Curat. Illuſtr. vel Clar. perſon. l. ult. §. 6. C. de curat. fur.* Sic & in actore, hoc eſt quaſi procuratore, cùm tutor momentaneô aliquô impedimentô vel adverſæ valetudinis, vel alterius neceſſitatis detineatur, quò minùs pupilli negotia in præſens commodè expedire poſſit, conſtituendo decreti interventum à legibus exigi, comprobatur *§. f. J. de curat. l. 24. de admin. tut. Add. Mynſing. Cent. 2. Obſ. 38. Gail. 2. Obſerv. 107. n. 6.* Quod autem tradunt Dd., pēr decretum hoc non tam tutorum conſtitutionem roborari, quàm decerni tutelæ adminiſtrationem, ejusdemq; quaſi poſſeſſionem concedi, *Weſcmb. t. de tutel. n. 5. Simonc. præfat. n. 83.* an ad leges, earumvè ſenſa congruum ſit dictum, alij judicent: nobis ſanè non videtur, *per l. 1. §. 1. de admin. tut.* Nec quicquam planè textus, quibus iſti innituntur, ad rem faciunt, utpotè de diviſione tutelæ, quô caſu

plerunq; res tandem ad Prætorem redit, diſponentes. Ex noviſſima Imperii conſtitutione ſive reformatione Politiæ zu Augſpurg/ *Anno 1548. ſub titul.* von der Pupillen Vormünder. §. daß auch. tutor vel Curator non niſi Magiſtratu decernente tutelam vel Curam rectè gerit & adminiſtrat, *Ampliſſ. Dn. Ludw. in N. MSS. ad Weſemb. d. l.* Inventarium à tutore vel herede ritè perfectum judiciariâ confirmatione haud indigere, verius putamus, *arg. l. ult. C. de*
d. *jure de lib. Simonc. lib. 2. t. 6. Inſp. 6.* (d.) quæ vel perpetua eſt, cùm major creditorum commiſerantium pars debitori, qui non ſuô ſed fortunæ vitiô ſolvendo eſſe deſiit, quotam debiti remittit, reliquis renuentibus, Prætoris vices neceſſariæ ſunt, qui decretô ſequatur majoris partis arbitrium, *l. 7. §. ult. ll. ſqq. ff. de pact. Dn. Carpzov. JP. for. p. 2. conſt. 22. def. 28.* id quod favore liberationis & neceſſitate quâdam jure conſtituitur, obtinetq; ſi de parte debiti pactio fiat, ſecùs ſi de toto, *arg. l. 4. pr. de dol. except. l. ult. de dol. Simonc. præf. n. 112.* vel temporalis, tempus enim pro parte pretii habetur, *arg. l. 21. §. 4. de act. emt.* cùm dilatio quinquennalis à majori creditorum parte debitori conceditur, Magiſtratus humaniorem ſententiam præ duriori eligit & confirmat, induciisq; durantibus creditores retrectantes debitorem moleſtare vetat, *l. fin. C.*
e. *qui bon. ced. poſſ. Dn. Carpz. d. l. def. 29.* (e.) quæ vel pupillis pro patrimonii modo ſunt decernenda *l. 1. 2. 3. & t. t. ff. & C. ubi pupill. educ. & de aliment. præſt. add. Joh. Bapt. Pontan. tr. de aliment. c. 13. n. 9.* vel à pupillo perſonis conjunctis præſtanda, veluti matri & ſorori, *l. 1. §. 2. de tutel. & ration. diſtrah. l. 13. §. 2. de admin. tut. arg. l. 21. ff. S. M. add. Martin. Coler. tr. de aliment. lib. 1. c. 7. & 8.* modò aliter ſe tueri nequeant, *dd. ll.* quod ſi fortè citra Magiſtratus decretum tutor alimenta erogaverit, eô nomine pupillo nihil præſtat, *l. 4. ubi pupill. educ.* nam quod à tutore bonâ fide impenditur, juſtitiâ potiùs, quàm alienâ autoritate firmatur, *l. 3. C. de admin. tut.* vel de alimentis futuris teſtamentô relictis tranſactio eſt interponenda, *l. 8. ff. & l. 8. C. de tranſact.* quod exaudiendum eſt, ſi diviſis penſionibus relicta fuerint, quæ nunc repræſentari unâ ſummâ cēſentur. Teſtator n. prægnanti ratione motus ita providit, ne alimētarius omnia ſimul percipiendo &, ut fieri conſuevit, profundendo poſteà egere cogatur, *arg. l. 15. de ann. legat. Nobil. Dn. Franzk.*

*ſæpiùs*

*ſæpiùs laud. Comment. in Pand. de tranſact. n. 19.* de præteritis & pro-
priâ autoritate acquiſitis quin ſine Prætore tranſigi poſſit, nulla
Juris obſtat autoritas, *d. l. 8. C. l. 8. §. 2. & 6. ff. d. t. de tranſ. add. Co-
ler tr. de aliment. lib. 2. c. 8. Simonc. lib. 2. tit. 6. Inſp. 11. & lib. 3. t. 8. n.
127.* (f) in quibus conſtituendis & moderandis interdum Judicis f.
inquiſitio & decreti interpoſitio exigitur, ſi nimirùm mulieres de
bonis paternis, patre furore vel hoſtibus oppreſsô, *l. 28. C. de Epiſc.
aud. l. 25. C. de nupt.* vel minorennes adhuc de propriis dotare ne-
ceſſum ſit, *l. 9. l. 22. C. de admin. tut. l. fin. C. ſi maj. fact. l. 8. C. de præd.
minor.* Idem obtinet in donatione propter nuptias, *d. l. 28. & l. 25.
add. Simonc. lib. 3. tit. 8. Inſp. 13.* (g) Minorem neq; cum decreto g.
res ſuas donare poſſe, indubium eſt, *l. fin. C. ſi maj. fact.* W*eſembec.
t. de pact. n. 5.* ſic ſolam adminiſtratoriam poteſtatem ad donatio-
nem non ſufficere, evincit *l. 7. de donat. l. 28. §. 1. de pact. l. 1. § 1.
quæ res pign. vel hypoth. l. 3. §. 8. de donat. inter V. & V.* adeoq; tutor
pupilli nomine, adhibitis licet ſolennibus, largiri nequit, *l. 22. l.
46. §. ult. de admin. tut.* niſi 1. tutelam adminiſtret Illuſtrium per-
ſonarum, *l. 12. §. 3. d. t.* quæ debere ſe, quod ſpontè tribuunt, exi-
ſtiment, & niſi beneficiis ſuis creverint, nihil ſe præſtitiſſe credãt,
*c. 1. extr. de donat.* ita tamen ut decretum adhibeatur & locô juſtæ
cauſæ deſerviat nobilitas. vel 2. utilitas pupilli hoc ſuadeat, *l. fin.
ff. de curat. fur. l. 1. § 2. de tut. & rat. diſtr. Andr. Gail. 2. Obſ. 72. n.
8. ſeq.* Inde donationem remuneratoriam à tutore, decretô judi-
cis rem penitiùs æſtimantis interveniente, factam ſubſiſtere, docet
*Dn. Carpz. IP. for. p. 2. conſt. 11. def. 48.* præſertim ſi ſingularia ſint
benemerita, ex quibus etiam datur extraordinaria perſecutio, *l. 27.
de donat. add. Simonc. lib. 1. t. 2. Inſp. 4.* **Utrum in donatione** Q.
**ſummam quingentorum aureorum excedente præter
inſinuationem confirmatio judicis ſit neceſſaria?** dubii
hærent Juris Interpretes: nos negamus cum *Dn. Carpz. IP. for. p. 2.
conſt. 12. def. 18. & Simonc. lib. 2. tit. 6. Inſp. 7.* (h) in adeunda h.
hereditate quamvis lucroſa tutoris judiciô pupillum egere, pateſcit
ex *§. 1. I. de autor. tut. l. 5. C. de jure delib.* quô ſi deſtitui eum con-
tingat, Prætor ſuccurrit & autoritatem accommodat, *l. 18. inf. C. d.
t. add. l. 7. C. qui admitt. ad bon. poſſ.* (i) v. c. ſi debitorum faculta- i.
es ob publicam neceſſitatem vel utilitatem ſub haſta diſtrahantur,

*l. 2. &*

. 2. & 3. *C. ſi propter publ. penſit. l. 1. C. de fid. & jur. haſt.* vel ab Univerſitate Syndicus eligatur, *l. 6. §. 1. quod cujusq; Univerſ. nom. arg. l. 1. & 2. C. de ſerv. Reipubl. manum.* quam tamen ſolennitatem ad Syndici conſtitutionem nullibi requiri, eamq; potiùs absq; decreto valere, atteſtatur *Dn. Carpz. IP. for. part. 1. conſt. 13. def. 7. n. 5. Rol. à Valle vol 1. conſ. 90. n. 5. ſeqq.* Plures cauſas judiciali decretô corroborandas congerunt & exponunt *Simonc. d. præfat. Petr. Duenas reg. 183. Franc. de Caldas ad l. ſi Curatorem. 3. verb. contractum. n. 6. ſeqq. C. de in integr. reſtit. min. Bertach. in Repert. verb. Decretum Judicis.*

## *VI.*

Proferatur decretum prævià cauſæ cognitione, (a) à judice (b) pro tribunali ſedente, (c) iis, quorum intereſt, citatis. (d) Scripturam autem neceſſariò requiri (e) vel certum tempus lege præfinitum eſſe (f) non putamus.

(a) *l. 9. §. 1. de offic. Proconſ. l. 2. de confirm. tut.* ut & aliàs, ubicunq; in aliquo actu autoritas Judicis exigitur, ſufficiens cauſæ cognitio neceſſaria reputatur, *arg. l. 10. §. 12. de in jus voc. l. 13. §. 1. de minor. Andr. Gail. 2. Obſ. 72. n. 5. ſeq. Chriſtoph. Beſold. conſ. 98. n. 29.* cujus verba annotabimus: Die Gerichtliche bewilligung iſt nicht gnugſamb / ſed ſufficiens cauſæ cognitio requiritur. Et judex ſine cauſæ cognitione procedens, cenſetur tanquam privatus procedere, *Petr. Duen. de Reg. Jur. reg. 186. Rol. à Valle vol. 2. conſ. 6. n. 18.* ejusq; decretum eſt ipſo jure nullum, *l. 5. §. 9. & 14. ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. 8. §. 17. de tranſact. Dn. Carpzov. IP. Conſt. lib. 2. tit. 19. def. 302.* maximè ſi contineat alienationem, vel renunciationem, *Rol. à Vall. vol. 3. conſ. 7. n. 64.* quod variè & notabiliter ampliant Dd. *Duen. d. l.* traduntq;, tunc demum pro decreto præſumi, ſi exprimatur, illud



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566111-p0020-7

cauſâ cognitâ eſſe interpoſitum , *Gail. d. Obſ. 72. n. 6.* de qua cauſa-
rum examinatione ſeparatum conficiatur inſtrumentum, ſecundùm
antiquam impreſſionem, *Rol. à Valle d. l. n. 67. & Vol. 1. conſ. 33. n. 11.*
*Duen. d. l.* à qua hodie receſſum eſt, teſte *Simonc. lib. 1. t. 1. n. 104. & lib.*
*3. tit. 7. n. 42.* Illud addendum, in probanda relatarum cauſarum
diſcuſſione verbis Notarii aſſertivis non ſtari, cùm tritum ſit, Inſtru-
menta non probare ea, quæ non poſſunt fieri tempore Notarii ro-
gati & eô præſente; Imò nec verba Judicis narrativa ſufficere & ple-
nam mereri fidem , niſi ex actis idem, quod aſſerit, appareat, *arg. c.*
*cùm in jure. 31. extr. de offic. & poteſt. jud. de leg. Rol. à Valle d. l. Vol. 3.*
*conſ. 7. n. 68.* quod de iis negotiis exaudiendum eſt, quæ ſedulam
perſcrutationem exigunt, non de his quæ minùs diligenti expedi-
untur, *Gabriel. lib. 2. concl. 5. de ſententiis. n. 31.* Debet enim cauſæ
cognitio adhiberi pro natura negotii aliquando minor & ſemiple-
na , aliquando plenior & exacta , in qua plura occurrunt excutien-
da, *vid. l. 17. de adopt. l. 8. §. 8. ſqq. de tranſact. l. 7. §. 1. l. 8. ſeqq. de*
*conf. tut. l. 5. §. 9. 19. de reb. eor. qui ſub tut. Udalr. Zaſ. ad l. juſtè. 11.*
*de acquir. poſſ. fol. m. 324. Alex. Raudenſ. lib. 1. Reſp. 10. n. 151.* momẽ-
tanea & ſummaria cauſæ diſquiſitio regulariter non ſufficit, *c. 1. de*
*reb. Eccleſ. alien. vel non in 6.* & propter temporis brevitatem, ſi eô-
dem inſtanti, quô petitur , decretum interponatur, omnia præcipi-
tanter geſta fuiſſe dicuntur & re ac negotiô non maturè diſcuſsô , *c.*
*ex literes. 4. extr. de reſtit. in integr. Rol. à Valle Vol. 1. conſ. 99. n. 76.* niſi
jam antè judici cauſa plenè ſit cognita, quia tunc ceſſat ratio, adeoq;
& juris diſpoſitio, *l. 32. ad L. Aquil. Gabr. d. l. n. 34.* vel talis ſit co-
gnitio, quæ in continenti adhiberi queat , nec in magnum vergat
præjudicium, *Duen. d. Reg. 186. cui add. Sebaſt. Vant. de nullit Proceſſ.*
*ex defectu Proceſſ. n. 33.* vel Princeps motu proprio & ex plenitudine
poteſtatis & publicæ utilitatis vel neceſſitatis cauſâ decernat , *arg. l.*
*5. §. f. de injur. l. 9. l. 14. C. de operibus publ. Zaſ. ad d. l. juſtè. fol. 324.*
Illud apud omnes indubium eſſe reor, hanc cauſæ cognitionem præ-
cedere debere decreti interpoſitionem, *l. 6. l. 12. C. de præd. & al. reb.*
*minor. l. 3. C. ſi quis ignor.* In genere autem ſi ſumatur decretum ,
comprehendit cauſæ cognitionem, cæteraq; ſolennia omnia, quæ
leges efflagitant. Hinc decretô alienare intelligitur, qui adhibitis
omnibus requiſitis alienat. *Jacob. Menoch. Comment. de recuper. poſ-*

b. *ſeſſ. rem. 15. n. 148. Simonc. præfat. n. 21. & lib. 3. t. 9. n. 26.* (b) ad quem jus decernendi ſpectet, jam demonſtratum dedit *ſupra theſ. 3.*

c. (c) *l. 3. in fin. ibiq; Gothofr. de confirm. tut. l. 9. §. 1. de offic. Proconſ. l. 6. C. de præd. & aliis reb. minor. l. 3. §. 8. ff. de bon. poſſ. l. 2. §. 1. quis ordo in poſſ. ſerv. Duen. reg. 188. Zaſ. ad d. l. juſtè. f. 324. Simonc. lib. 1. t. 1. n. 63.* nam cauſæ cognitio tribunal deſiderat, & à judice non transeuntur ac procedendo, ſed conſidendo expedienda eſt, *d. l. 3. §. 8. de bon. poſſ. arg. l. 4. C. de dilat. Nov. 82 c. 3. cap. ult. de ſent. & re jud. in 6.* ob majeſtatem Judicis conſervandam, & ut ſagaciori prudentiâ, animiq; maturitate procedatur, *Seb. Vant. d. tr. de mullit. ſent. rubr. ex defect. proceſſ. n. 84.* Quod tamen fallit 1. in cauſis ſummariis vel minùs plenam diſquiſitionem depoſcentibus, *arg. Clem. ſæpe verſ. ſententiam de V. S. Bertach. in Repert. verb. Decretum Judicis. n. 70. add. Illic. Umm. ad Proceſſ. Judic. Diſp. 19. theſ. 9. n. fin.* 2. Si Judex de plano procedere jubeatur, *arg. l. 18. §. 9. ff. de quæſtion. l. 4 ff. de requir. reis. Simonc. lib. 1. tit. 1. n. 63. inf.* Illud hîc notandum, tribunal hôc locô non tantùm editum illud ſedile, cui magiſtratus majores jus dicturi inſidebant, ſed ſubſellia quoq; inferiorum, vel quemcunq; locum, in quo judicari conſuevit, denotare, *Il. Umm. d. Diſp.*

d. *d. Lit. add Bachov. in N. ad Weſemb. t. de re jud. n. 7.* (d) *l. 39. de adopt. l. 3. de his quæ in teſt. delent. l. 13. inf. pr. de minor. Nov. 119. c. 6.* Præſentiam enim vel ſaltem citationem attinentiũ in reliquis quoq; cauſarum diſcuſſionibus juris ordo ſervandus poſtulat, & ea, quæ alterâ parte inauditâ decernuntur, vim rerum judicatarum non acquirunt, *l. 47. de re jud.* Sed annulantur, *l. 6. §. 4. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. l. 2. C. ubi in rem act. Duen. d. reg. 188.* ipſoq; Jure ſunt nulla, inſtar definitivæ, *l. 4. C. de ſent. & interloc. l. f. C. ſi per vim vel al. mod. Andr. Gail. 1. obſ. 31. n. 11.* hinc M. Weſembec. *conſ. 132. n. 78.* generatim ſubjicit: Obwoln pro decreto præſumiret wird/ſo iſt doch ſolches zuverſtehen adhibitâ, ubi opus eſt, cauſæ cognitione, h. e. partium auditione & citatione. Item es kan kein decret genennet werden/ daß nicht auff verhör der parten geſchicht/ *l. 9. §. 1. de offic. proconſ. l. 29. §. fin. de minor.* quod obtinet ſi res magni ſit ponderis & quâdam ratione jus abſentis attingatur, ſecus in iis, quæ nullum abſenti creant intertrimentum vel exigui ſunt præjudicii, quibusvé contradictor comparens remoram injicere nequeat, *l. 6. pr. l. 13. pr. §. 1. ff. ad SC. Trebell.*

bell.

bell. Simonc. d. *præfat. n.* 4. Add. quæ de inter locutoria tradit *Illc. Umm. ad Proc. jud. Diſp. 19. th. 5. ſub finem.* (e) *l. fin. C. ſi adverſ. donat.* ut & e.) aliis actibus ſcriptura eſſentialis non eſt, ſed facilioris probationis gratiâ tantùm adhibetur, *l. 4. ff. de pignor. & hypoth. l. 4. de fid. inſtr. l. 9. 10. C. eod. l. 12. C. de probat. l. 17. C. de pact.* niſi vel rei naturâ, vel lege, vel pactô exigatur, *Nob. Dn. Ludov. Diſp. ad Inſt. 13. th. 3 lit. a.* Accedit, quòd de conſuetudine indubiè ita ſervari, atteſtetur *Simonc d. præf. n. 29.* Sanè in ſcripta vel monumenta ſive archiva publica decretum referri debere, haud diffitemur, cùm coram judice, ut judice, res peragatur, *c. quoniam. 11. extr. de probat. Jac. Rick. tr. de Union. prol. c. 6. n. 33.* quâ ratione in annotando Judicis decreto Notarius munere ſuô ritè fungatur, exponit *Simonc. lib. 1. tit. 1. n. 100. ſeqq.* (f) f.
Autoritatem iſtam Judiciariam actum præcedere, vel in ipſo actu interponi poſſe, unô ferè ore Dd. affirmant omnes, *l. 5. §. 9. ſeqq. de rebus eor. qui ſub tut. l. 2. 3. C. ſi propter. pub. penſit.* Nùm verò idem robur obtineat, ſi actum celebratum inſequatur? hîc diverſis inter ſe dimicant opinionibus. Nos ſubſcribimus affirmativæ, *l. 1. C. de tut. vel curat. Illuſtr. penſ. Simonc. præfat. n. 31. Rick. d. tr. de un. prol. c. 6. n. 45.* In contrarium ſuggeritur, quod tritô axiomate eſt receptum: quoties alicujus autoritas requiritur non intuitu ſui ipſius intereſſe, ſed ut contrahenti adſit, citra ſuum commodum, tunc exigi videtur eius conſenſus ad ſubſtantiam actus & integrandas agentium perſonas, *Weſemb. Paratl. de autor. & conſ. tut. n. 5.* quæ verò talia ſunt, & de forma vel ſubſtantia actus dicuntur, debent eſſe contemporanea & ſimul explicari, *Simonc. præf. n. 34.* ubi in hac difficultate removenda efflictim fatigatur, tandemq; diſtinctionem adhibet: ſi decretum, inquiens, ſumitur pro cauſa fiendi, debet præcedere, ſi pro cauſa eſſendi vel intrinſeca, in ipſo actu interveniat, ſin pro nuda approbatione, ex intervallo ſequatur. Imò licet decretum ad actus ſubſtantiam vel ſolennitatem, integrandasq; perſonas ſit interponendum, ob modicam intercapedinem, maximè ſi favor militet ſupplicantium, illud nõ vitiari, aſſerere conabimur, cùm modicum intervallum actui non officiat, *l. 1. §. 1. de V. O.* & ea, quæ in continenti fiunt, ipſis negotiis ineſſe dicantur, *arg. l. 40. de R. C. l. 7. §. 5. de pact.* non enim credendum eſt, decretum ad actus validitatem exactum ipſius actûs ingredi eſſentiam, ſed effectivè pars ſolennitatis actusq; dicitur. Pariter ſe res ha-

 bet

bet in autoritate tutoris, quæ in integranda perſona Pupilli conſiſtit, in quo, licet infantiâ major vel pubertati ſit proximus, nulla vel exigua ſaltem contrahendi habilitas reperitur, ideoq; tutor præſens actui celebrando adſit & in ipſo negotio non ex intervallo autor fiat *§. 2. J. de aut. tut. l. 9. §. 4. ff. eod. tit.* qui tamen mox interveniens, perfectô negotiô, autoritatem itidem validè interponere dicitur, *l. 25. §. 4. de acq. vel om. hered. Ampl. Dn. Ludw. ad Inſt. Diſp. 3. theſ. 7. lit. c.*

Q. Q. an decretum die feriatô interponi poſſit? cauſæ cognitionem & tribunal illud expoſcere modò demonſtravimus: hinc ſuâ ſponte fluere videtur, indiſcriminatim quôvis tempore decreta proferre, judicibus non eſſe integrum, quia hujus generis actus judiciales die feriatô ceſſare jubentur. Feriæ autem ſunt ordinariæ & ſolennes vel extraordinariæ & minus ſolennes ſive repentinæ. Illæ anniverſariè occurrunt & vel reſpiciunt cultum divinum & dicuntur feſta, vel hominum cauſâ conſtitutæ ſunt, & quidem vel propter certam memoriam vel utilitatem. Quod divinas honorarias & repentinas attinet, in iis actus judiciales omninô quieſcere debent, & ſuſcepti ipſô jure ſunt nulli: Idq; de illis, qui Jurisdictionis contentioſæ ſunt, facilè largiuntur omnes, *l. 2. l. f. C. de feriis.* In actibus verù voluntariæ Jurisdictionis, quibus decreti interpoſitionem annumerant, ſecus eſſe, tuentur Dd. *arg. l. 2. & 8. C. d. t. Rick. d. tr. c. 6. n. 27.* à quo opinamine Jure meritoq; divortium facit *Magnif. Dn. Franzk. Comment. in Pand. de feriis. n. 26.* verbis hiſce tandem concludens: ſi Dd. aliquid dandum, ſententia ipſorum vera erit in illis, quæ nullam plane cauſæ cognitionem deſiderant, quod tamen dictæ leges vix patiuntur. Hôc tutus munimine, decretum ſupra recenſitis diebus feriatis latum annullari intrepidè affirmaverim cum *Duen. reg. 188.* cui aſſerto textus in contrarium educti in tantum non obſtant, ut potiùs in caſibus non exceptis illud confirment. *Add. Simonc. lib. 1. t. 1. n. 84. ſqq. Specul. t. de feriis. §. ſequitur. 2. verſ. ult. Rol. à Valle Vol. 3. conſ. 7. n. 23.*

## *VII.*

Et ita ritè interpoſitum (a) excludit præſumtionem doli & metus (b) tranſit in rem judi-

judicatam, (c) alias ſolennitates ſupplet, (d) Juſtum poſſidendi titulum tribuit, (e) ſtrictam recipit interpretationem, (f) nec operatur extra Juris dictionem decernentis. (g)

(a) Effectus decreti hujus ſparſim depromunt Juris Interpretes: paucos è palmariis huc adduxiſſe ſufficiat. a. (b) *l.1. C. de præd. decur,* b. Magiſtratus enim autoritas vel etiam propinquorum interventus metum fraudemq́; eluunt, *l. f. quod met. cauſ. l.35. C. de tranſ. l. 1. C. de his qui propr. met. jud. Rick. d. tr. c. 6. n. 21.* in tantùm, ut decretum inducat præſumtionem juſtitiæ, bonæ fidei, *arg. l.5. §.1. de probat. l. 2. C. de off. civ. jud. l.1. C. de fide & jure haſtæ fiſc. Duen. reg. 189. Simonc. lib. 3. t. 7. n. 145.* & præſubſternat, omnia, quæ facienda erant, interveniſſe, nec quicquam ad actus perfectionem neceſſarium fuiſſe prætermiſſum, *Adrian. Gylman. Symph. Tom. 4. part. 1. vot. 9. u. 84. Gabriel. lib. 2. concl. 5. de ſentent. n. 6.* modò interpouatur à judice perito & de negotio ſatis edocto, *arg. l. 1. C. de præd. decur. Duen. d. l.* ignarus enim & Idiota omnes Juris ſolennitates, quas ignorat, adhibuiſſe non creditur, *Simonc. lib. 3. tit. 7. Inſp. 3. n. 32.* Inſtrumentô inſuper exprimatur adhibitis Juris ſolennitatibus illud eſſe interpoſitum, *Gail. 2. Obſ. 72. n. 6. Chriſtoph. Beſold. conſ. 98. n. 29. M. Ant. Peregrin. lib. 1. conſ. 72. n. 11.* quæ ſupervacuò ſeparatâ ſcripturâ & ſingulatim enunciantur. *Simonc. lib. 1. t. 1. n. 104. lib. 3. t. 7. n. 42.* Præſumtio autem hæc juris eſt & contrariis documentis dilui poteſt ac everti, *l. 1. C. de fid. & jur. haſtæ fiſcal.* v. g. delectâ læſione enormiſſimâ. *Sichard. conſ. matrim. 9. n. 42. Gabr. d. l. n. 36.* in certis enim non eſt locus conjecturæ, *l. 173. §. 2. inf. de V. O. arg. l. 3. C. de liber. præter.* & veritati meritò cedit opinio, *§. 11. J. de legat.* (c) *l. 3. C. de fruct. & lit. expenſ.* c. eamq́; vim quandoq́; quoad partes induit, à quibus vel expreſsè approbatur, vel ſilentiô, per lapſum decendii, *arg. l. pen. C. de recept. Matth. Weſemb. conſ. 200. n. 90.* quod ſi non contradixerint querelando vel per provocationem ſuſpendendo, ob conſenſum ſaltem à jure præſumtũ ab his juris remediis excluduntur, *Matth. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 4.* & pronutiatum, licet tendat in præjudicium aliorum, virtute

rei judicatæ munitur, cui contraveniri nequit, *l. 4. C. de re jud.* cùm
pro veritate habeatur, *l. 25. de ſtat. hom. l. 207. de R. J. Mat.* Weſemb.
*conſ. 200. n. 90.* Decretum enim præeunte cauſæ cognitione, iisque,
quorum intereſt, citatis emittitur & plerunq; negotiis finem imponit,
quô caſu ſi ſententiæ definitivæ aſſimiles, à vero fortè non aberraveris,
*d. l. 3. C. de fruct. & lit. expenſ.* add. quæ tradit *D. Carpzov. JP. for. p. 1.*
*c. 26. def. 18. 19. Gail. 1. Obſ. 19.* Judici verò nunquam tranſit in rem ju-
dicatam, quò minùs illud revocare & annulare poſſit, *l. 14. de re jud.*
*l. 17. de jure Patr. Matth.* Weſemb. *d. conſ. 200. n. 102.* etiam nemine pe-
tente, motu propriô & ex officio, quando juſta ſubeſt cauſa, *Dan.*
*Moller. Semeſtr. lib. 4. c. 1. n. 29. Duen. reg. 188.* Sic quoq; decretum,
ſi ad actus ſubſtantiam vel ſolenniſandum eum exigatur, nunquam rei
judicatæ virtutem indipiſci, docet *Simonc. lib. 1. t. 1. n. 29.* vel ſi obre-
ptum ſit judici, adeoq; decretum ipsô Jure nullum, ibid. Idem eſt, ſi
alia Juris ratio adverſetur, & id quod agitur, actumvé eſt, reddat in-
validum. Confirmatio enim judicis id, quod per ſe nullum eſt, mini-
d. mè roborat, *Ern. Cothm. Vol. 3. Reſp. 31. n. 29.* (d) puta autoritatem
tutoris, *l. 7. C. qui admitt. ad bon. poſſ. l. 18. inf. C. de jure delib.* ſi ſola ſuf-
ficiat; ſecùs ſi lex ad validitatem actus præter eam decreti interpoſiti-
onem efflagitet, ut in alienatione rerum pupillarium, quæ ſervando
ſervari poſſunt, *l. 22. C. de admin. tut.* & in ſolutione quæ fit pupillo à
debitore, ad eum ſcilicet effectum ut reſtitutioni in integrum via ob-
ſtruatur, *ſupra th. 4. lit. c.* Decretô quoq; judicis accedente valeſcunt
e. geſta perſonæ minùs legitimæ, *l. 1. §. 5. quod falſ. tut.* (e) *l. 11 ff. de ac-*
f. *quir. poſſ.* quam legem Udalr. Zaſius integrô tractatu illuſtravit. (f)
*l. 7. §. 1. de reb. eor. qui ſub tut. arg. l. 21. de novat.* nec ob paritatem ra-
tionis extenditur ad ſimilia vel majora, imò nec minora, *d. l. 7.* Decre-
tum enim cauſarum diſcuſſionem requirit, & negotio non ſatis
percognitio interponi non poteſt, *Simonc. lib. 1. t. 1. num. 93.*
non tamen trahendum eſt ad ſiniſtrum, callidum puta, fatuumvé
intellectum, nec ejus verba judaicè debent intelligi, verbis utor *Bl. ab*
*Aymon. Cravett. conſ. 231. n. 5. conſ. 5. n. 14.* relatis, ſed ita ſunt inter-
pretanda ne noceant illis, quibus decernens prodeſſe voluit, *l. 6. C. de*
*LL.* dandum enim aliquid eſt favori ſupplicantium. *Dan. Moller. Se-*
*meſtr. lib. 4. c. 1. n. 22.* Ad futura quoq; & incerta decretum regulari-
ter non trahitur, *l. 5. §. 9. & 14. de reb. eor. qui ſub tut. l. 22. C. de admin.*
*tut.*

*tut.* niſi pro conſequentiam veniant, & judex nihilo ſecius decretum interpoſuiſſet, ſi illud, quod latuit, in ejus notitiam perveniſſet, *Dom. Cardinal. Tuſch. Pract. concluſ. Jur. lit. ſ. 109. Simonc. d. l. num. 38. 39.* Q. an valeat decretum adjectâ claùſulâ, quatenus & in quã- tum de jure debeo, interpono? ℞. Si Juris ordo ſit perverſus, nec forma præſcripta ad amiſſum ſervata, inefficax eſſe, *Simonc. d. l. n. 97.* (g) *Rot. Gen. deciſ. 111. n. 5.* Magiſtratus enim in alterius territorio pro privato habetur, *l. f. de Juriſd. l. 239. §. 8. de V. S. l. unic. C. qui pro ſua Juriſd. Gail. de P. P. lib. 1. c. 16. n. 28.* quoad Jurisdictionem contentioſam: ſecùs quoad voluntariam, *arg. l. 26. de adopt. l. 2. de off. Proconſ. Theod. Reink. de Regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 2. cl. 2. c. 17. n. m. 88.* cui calculum adiicit *Simonc. lib. 1. t. 1. n. 70.* modò diverſæ Jurisdictiones, de quibus quæſtio eſt, ab uno Principe ſummo promanent. g.

## IIX.

**Variis modis irritum fit hoc decretum (a) Referimus huc, ſi forma negligatur, (b) falſa cauſa, (c) dolus, (d) vel error (e) intervenerint. Item impugnatur appellatione, (f) in integrum reſtitutione (g) revocatione. (h)**

(a) Vide ſis *Duen. Reg. 188.* ubi plures conglutinat decretum infirmandi modos. a. (b) *l. 1. ibiq; Goth. C. de præd. decur. l. 24. inf. ad munic.* ſolennitas enim, formaq; à lege vel ſtatuto præſcripta exactè eſt ſervanda, nec per æquipollens debet ſuppleri, *l. 8. §. 17. de tranſact. c. ad aures 8. extr. de reſcript. can. ſi vides. diſt. 10.* vel partium aſſenſu omitti; cum non tàm ob privatam contrahentium, quàm publicam utilitatem cenſeatur requiſita, *l. 38. de pact. Rick. ſupra dict. tr. c. 6. n. 45. Add. Jacob. Schulteſ. Loc. comm. Jur. vocab. forma n. 2.* (c) quæ decretum ipsô Jure nullum reddit, *l. 26. ff. de tut. & Curat. dat. l. 5. §. 14. de reb. eor. qui ſub tut. l. 26. §. 8. de fideic. libert. l. 1. §. 5. ne vis fiat ei. l. 29. de L. Cornel. de falſ. l. 5. C. de præd. minor.* ita, ut, ſecundùm *Socin.* à *Dan. Mollen.*

Mollen. Sem. lib. 4. c. 1. n. 12. adductum, adverſus illud reſtitutionem à Judice petere opus non ſit, ſed ſufficiat in judicium Jus ſuum deducere & ad decreti exceptionem de ejusdem nullitate replicare, Jac. Menoch. de retin. poſſ. remed. 1. n. 19. Matth. Coler. de proceſſ. exec. p. 3. c. 9. n. 59. Simonc. l. 1. t. 1. n. 21. & ſqq. Rol. à Valle Vol. 3. conſ. 49. n. 5. ſeqq. Curt. Jun. princ. conſ. 170. n. 2. Phil. Dec. conſ. 403. num. 20. Sebaſt. Vant. de nullit. ſentent. rubr. de nullit. ex def. proceſſ. n. 132. Udalr. Zaſ. ad l. juſtè. 11. de acquir. poſſ. fol. 322. Sigiſm. Scacc. tr. de ſent. & re jud. Gl. 14. quæſt. 32. n. 21. Duen. Reg. 185. ubi plurimas concluſionis prædictæ limitationes & ampliationes cumulatas adinvenies; harum paucas accipe. Ampl. 1. licèt ſubſit vera cauſa, ex qua decretum potuiſſet cõvaleſcere, ſuper falſa tamen fundatum ſit, arg. l. 10. de tut. & Curat. dat. 2. cauſa in decreto ſit expreſſa, vel non, dummodò exactis de ea conſtet. 3. cauſa falſa ſit ipsô Jure, vel ope exceptionis parùm enim intereſt in effectu, ſi in judicium deducta & probata ſit exceptio, l. 112. de R. J. aliàs multum intereſſe videtur, add. Nobiliſſ. Dn. Ludwell. Coasment. in Inſt. ad pr. quib. mod. tollit. oblig. 4. cauſa in totum vel ex parte falſa ſit, in totum viribus evacuat decretum, Steph. Grat. diſcept. for. cap. 960. n. 44. cùm ſit individuum, inſtar ſententiæ, ſuper uno capitulo latæ, l. 27. fam. erciſc. in individuis autem utile per inutile vitiari, notum eſt, l. 1. §. 5. de V. O. junct. l. 5. §. 2. de donat. 12. V. & U. (d) l. 1. §. 2. l. 5. §. 15. de reb. eor. qui ſub tut. l. 55. §. ult. de admin. tut. l. 26. §. 8. de fideic. libert. l. 1. §. 5. ne vis fiat ei, qui &c. dolus enim nemini debet patrocinari, c. 15. & 16. extr. de reſcript. hinc ſi judici ſit obreptũ & falsò adducatur vera cauſa, nullum eſt decretum, l. 5. C. de præd. minor. Simonc. d. l. num. 27. ſeqq. Duen. reg. 188. Eiusdem roboris eſt, quod dolosè decernit judex, arg. l. 1. de dol. qui propterea extra ordi-

e. nem punitur, Zaſ. ad d. l. juſtè. 11. f. m. 324. (e) nam ſi error intervenit, nihil valet, quod acti eſt, l. 57. de O. & A. l. 15. de Jurisd. l. 116. §. fin. de R. J. ſed ipsô jure annullatur, Duen. Reg. 188. Menoch. de retin. poſſ.

f. remed. 1. num. 24. add. Dan. Moller. Sem lib. 4. c. 1. n. 12. Sebaſt. Vant. d. num. 132. Sigiſmund. Scacc. d. tr. Gl. 14 quæſt. 13. num. 40. (f) præed. theſ. lit. C. Jam combibimus, nonnunquam decretum intuitu attinentium autoritatem rei judicatæ inducere, niſi intra tempus jure præfinitum à parte gravata per appellationem ſuſpendatur, arg c. quod ad conſultationem. 15. extr. de ſent. & re jud. add. Vant. de nullit. ſent. rubr.

coram

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566111-p0028-2

*coram. quo nullit. n. 4.* (g) *l. 47. de minor. l. f. C. de fidejuſſ. minor. l. 2. C. ſi tut. vel Cur. interv. l. 11. C. de præd. minor.* ſi ſcil. actui, cui decretum adhibetur, juris auctoritas non reſiſtat, ſed eum adhibitis ſolennibus perfectum eſſe conſtet. Nec refert communi auxiliô & merô jure ſtipetur reſtituendns nec ne, *l. 3. l. f. C. d. t. ſi tut. vel curat. interv.* modò pinguius ſit magisq; provideat extraordinarium reſtitutionis remedium, *Raud. conſ. 17. part. 9. num. 68. Simonc. lib. 3. tit. 7. n. 1. ſeqq.* ubi à diſſentientibus mota enervantur, pluresq; additantur limitationes. *Dn. Carpzov. JP. for. p. 2. c. 10. def. 34.* (h) tàm ab interponente, quàm ejus ſucceſſore facta, *l. 9. de reb. eor. qui ſub tut. add. th. præc. 7. lit. c. & Simonc. lib. 1. t. 1. n. 27. lib. 2. t. 5. n. 48.* v. c. ſi Judex dolô inducatur, alteravé pars nimiùm lædatur, *Duen. Reg. 188.* g. h.

**Pro auctario ſuperaddere lubido eſt,** decreta vel præcepta extraordinaria ad nuda partis narrata & ſupplicata absque cauſæ cognitione prolata quôvis tempore etiam poſt decendium neglectâ appellatione à parte læſa licitè impugnari, *l 4. C. de ſent. & interloc. l. 2. 5. 6. C. commin. Epiſt. program. autor. rei jud. non hab. 7. C. de precib. Imper. offer. Practicorum Aquila Dn. Bened. Carpzov. JP. for. p. 1. conſt. 16. def. 18. n. 2.* niſi clauſulam juſtificatoriam habeant ſubnexam, quô caſu ſi reus intra præſtitutum tempus non contradicat, præceptum manet firmum, *Dn. Carpz. d. l. def. 19. n. 4. Andr. Gail. t. 1. Obſerv. 19. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. c 2. n. m. 231. ſeqq.*

*Hîc teneat noſtras anchora jacta rates.*

DEO TRINO ET UNI GLORIA!

00 A 6381

ULB Halle 3
002 916 592

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566111-p0031-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566111-p0032-4

INAUGURALIS

DE

TO CON-

TORIO,

uam

ESIDE

O ET UNO,

UTHORITATE

ſimi & Ampliſſimi Jure-

eis in Legum Nutrice

phina,

q; Juris honores ac

octoralia pro-

iturus

m examini ſolenniter

mittit

ONIUS HEBERER,

FRANCUS,

Jun.

CHRISTI

CLIV.

TORPHI

MAGENIANÔ.

10